



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Aliorum, qui cognitione Angeli loquentis, eius loquutionem constituunt, non tamen in ea principium actuum proximum ex parte obiecti adæquatum, vt alter audiat sed in eius speciebus impressis.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

& manifeste falsum est, & absurdissimum, quippe, quo secreta Angelorum, & priuata locutio in hac sententia, quam impugnamus, non solum Angelorum aliorum (vt proxime ostendimus) sed nec respectu hominum esse possit. Quod autem animæ nostræ corpori immensa intellectiones, & verba Angelorum audirent, & intelligerent probatur. Quia in verbis Angelicis sufficiens principium naturale ex parte obiecti est, vt intellectus alienus ipsa percipiat, ex parte vero potentie intellectus nostræ virtus actiua est intelligendi, & conuertendi se ad phantasmata (in quocumque ea conuersio fiet, vt corporum ad instar verba mentis Angelicæ, vt spiritualia reliqua cognoscit, intelligat. Nec magis præstabit, si dicas: cognitionem, & verba mentis nostræ de obiectis etiam spiritualibus corporum ad instar esse debere; angelica vero verba, & intellectiones corporum, ad instar esse non posse: quare nec verba nostra posse esse naturalia, & proportionata principia, ex parte obiecti ad verba, & intellectiones eorum ab Angelico intellectu elicendas, nec verba Angelicæ, vt a nostro de eis verba, & intellectiones elicimur, sicut naturalia, & proportionata principia ex parte obiecti sunt, vt ab aliorum Angelorum intellectibus percipiuntur. Etenim cogitationes, & verba nostra de obiectis, corporum ad instar, spiritualia entia sunt, & quoad spiritualitatem intellectui, & verbo Angelico de ipsis, vt in se sunt proportionata: ergo admissio semel (vt ab his admittitur) cogitationem, & verbum intellectus alieni principium, ex parte obiecti, ad intellectum nostrum, & naturalem esse posse, vt cum intellectu aliorum adequatum, & naturalem intellectus verbi alieni in hoc Angelo sit; nulla impropositio oritur, ex eo, quod verbum nostrum, de obiecto, quouis, & si corporum ad instar conceptum in se tamen in corporeum, & spirituale, spiritualis cognitionis Angelicæ de nostro verbo, est non corporis ad instar conceptum, principium naturale ex parte obiecti sit, ac similiter verbum Angelicum, cum nostro intellectu naturale cognitionis nostræ, est imperfectioris, de ipso, corporis ad instar, principium adequatum naturale. Etenim impropositio per excessum principii, proportioni ad agendum non obest, vt in omnibus causis principalibus æquiuocis, patet: igitur illata omnia absurda legitime, ex eo principio aduersarij inferuntur: quod verbum mentis Angelicæ alienæ cognitionis sui, in mente Angelis alterius naturale ex parte obiecti principium de possibili, & de facto sit. Absurdum, & omnibus sententiæ suæ impugnatoribus Oxam, & Gabriel generaliter, & quasi à capite, occurrentes aiunt: ad locutionem, vnius Angelis, ad alium requiri voluntatem loquendi ad illum in Angelo loquente; non quidem, vt verbo suo, quæ formaliter loquitur, virtus actiua ipsi naturalis, ex parte obiecti à voluntate illa, tanquam ab actu imperij tributur ad suum exercitium efficiendi cum intellectu auditoris Angelis intellectum verbi ipsius, quo alter ad ipsum loquitur, impellatur (illud enim verbi huius, cum intellectu, & intellectu audientis exercitium naturale, & necessarium est) sed vt verbum loquentis concipiatur esse. Quod quidem non, nisi ex ea voluntate, & intentione libera loquendi ad illum ab Angelo loquente conciperetur. Verum nihil præstat solutio Primo: quia cognitio, ac verbum mentis Angelicæ de obiectis pluribus ex nulla voluntate, & intentione libera Angelis alterius pendet, vt elicitur. Secundo: quia virtus verbi Angelici vndeque producti naturalis est per aduersarios, ac subinde naturalis, & necessaria operationis cum intellectu alterius Angelis ad sui & obiecti cognitionem: quare et si ab ea Angelis intentione penderet in essendo, non autem in operando verbi ex quavis intentione producti intellectum cum intellectu, quouis Angelico capiti, & potente, quatenus ex parte potentie est, ipsum percipiendi. Vnde heri, iuxta hanc sententiam, Angelum intendentem verbi sui productione loqui illo Gabrieli soli priuati, & secreto, non autem aliis Angelis, animabus separatis, aut etiam corpori coniunctis, nec Deo; intendere, conarique in impossibile.

## CERTAMEN IV.

*Aliorum, qui cognitione Angeli loquentis, eius locutionem constituunt, non tamen in ea principium actiui proximum ex parte obiecti adequatum, vt alter audiat sed in eius speciebus impressis.*

**H**enricus quodlib. 5. quæst. 15. a. 2. Maior in d. d. 9. q. 9. vt. Henricus d. 11. q. 1. in intellectu aliqui loquentis, non quidem directam obiecti, de quo alter loquitur, sed reflexam supra directam de obiecto illo locutionem constituunt: eam vero modum principium actiui immediatum, & adequatum ex parte obiecti alterius intellectum, quæ hic formaliter audiat, minime constituit: sed species impressis menti audientis insidentibus egere, ita vt reflexa illa cognitio, quæ locutio Angeli est obiectum signum sit, quo ille alteri Angelo loquatur: vt externa nostra verba, quibus homo hominem alloquitur. Et maior quidem reflexam hanc cognitionem signum ad placitum ex constituto, & conuenientia Angelorum inter se significans esse voluit, vt de signis aliis impugnati Doctores cert. 2. a. 4. volebant: quorum impugnatioibus subiact maior, atque alteri euidens. Nam reflexa cognitio cuiuslibet obiecti, cum expressa, & formalis representatione esset, obiecti illius sit, nequit illius, ad placitum significatum signum esse, cum cognitum nequeat non in sui obiecti cognitionem cognoscentem deducere, vt Henricus, & Henricus, & reliqui sententiæ huius, quod substantiam, citandi sequaces consequentius enuntiare, cum verque, ac reliqui in aliis quibusdam (quæ singulariter referre, ac, reflexe, longum, & inutile esset) non satis inter se conueniant. Præsertim in speciebus impressis, quibus mediis, tanquam principis proximi actiui ex parte obiecti reflexe loquentis cognitionis elicenda ab audiente cognitio sit, designandis, an ad prædictam solum communis indiuidui vagi, an determinatam non autem intentionis cognitionis illius reflexe cognoscendæ species sint: tanquam Angelis congenitæ, an per singulas locutionis Angelicæ occasionem ab ea cognitione reflexa, ab audiente cognoscenda, vel à loquentis Angelis libera loquendi ad alterum voluntate, vel tandem à solo Deo inditæ, atque ad eius voluntatis exigentiam iussa? Hæc enim omnia, ex principiis de Angelorum speciebus impressis alibi statuendis; quæ hic importune etiam reprobantur) omnino pendunt; tamen de eo hic inter Henricum & Scotum, & Henricum prolixæ fuisse concertat, de qua, quoad rem præsentem, quæ opus sit, commodius in sequentibus sententiis dicemus. Hæc etiam sententiæ, quoad substantiam, est non adeo summe ad hæc nostræ Valsq. d. 11. c. 11. d. 61. a. 5. Huius autem rei præter Valsq. d. 11. c. 11. d. 61. a. 5. addens solum, quod prædicta veteres, licet non ita, explicito exprimant, supponunt nempe cognitionem hanc reflexam Angelis loquentis in qua eius locutionem formaliter constituit, non solum ex qua eius locutionem reflexam constituit, sed etiam ex qua eius locutionem reflexam constituit, de obiecto quouis formaliter cognitionis suæ directæ, de obiecto quouis formaliter cognitionis suæ reflexæ, manifestandoque alteri Angelo, sed cum ipsa reuelando, manifestandoque alteri Angelo, sed esse etiam voluntatis loquendi, ad alterum, quam loquens habet, sententia probabilis etiam vltimo constituto Ioanni Præposito, 1. p. 9. q. 4. d. 2. Sed et vtrum faciat.

24. Expressius hunc modum tenet, & illustrat. Pater Arribal noster, d. 171. c. 3. docens: species cognitionis huius reflexæ de directæ cognitione obiecti, & voluntatis libere ad illud, ac directam eius cognitionem manifestandi congenitas Angelo cuique, cui lo-

qui alter vult omnino esse, v.g. Gabrieli omnium reflexarum cognitionum directarum ac voluntatum liberarum loquendi ad ipsam, non autem loquendi ad alios: quas Angeli omnes habuit sunt, ut autem species hæc, suam actualitatem, ad reflexam illius cognitionem in audiente eliciendam de facto exerceat, & ipsius reflexæ cognitionis cognoscendæ exercitæ inferant voluntatem liberam loquentis, de eis alteri manifestandis docet, quia alioqui futurarum omnium prædicti omnes Angeli essent, neque eorum præsentia, & prædictio argumentum diuinitatis foret contra Patres, scripturam, & scholasticos omnes. Constat Luit. de Torres d. 68. dub. 1. atque multo tempore sibi ita explicatam sententiam placuisse fateri Alacon. d. 6. c. 7. num. 4. certe quod ab Arrubale & Luit. de Torres de speciebus reflexæ illius cognitionis, tam directe de obiectis alteri manifestandis à loquente, quam voluntatis libera, & alteri manifestanti, quam loquens habet Angelis omnibus ab initio à Deo infusa, & congenitis somnio simile visum mihi semper fuit, abique illo rationabili fundamento excogitatum. Si enim ab initio species illæ impressæ congenitæ Angelis fuissent, cum naturalia agentia sint ab initio cognitionem reflexæ illius cognitionis, & voluntatis, ea ipsi manifestandi, quam loquens Angelus habet, causarent quin eius voluntatis, & reflexæ cognitionis existentia expectarentur, unde prius tempore, quam Angelus loqueretur futuram aliter ad ipsam locutionem audiret, & secretum cordis eius agnosceret. Exemplum de speciebus futurorum, quas Angeli congenitas sibi ab initio habent, nec tamen eorum cognitionem operantur, quo usque futura ipsa, in seipsis extra causas existant, est non paucorum doctrina sit, mihi etiam semper displicuit ob rationem eandem, est enim existentia obiecti, ad veritatem cognitionis, que in huius cum obiecto conformitate stat requiritur, ad elicientiam tamen cognitionis de illo dum eius species, impressa in intellectu cognoscitur, aliunde quam ab ipso obiecto actu, vel ex actu productæ aditæ nullatenus requiritur, ut ex ratione proxima patet, quam contra similem Thomistarum aliquot doctrinam inferius persequemur. Vltimus species illæ, vel sunt species existentie reflexæ illius cognitionis, & futurorum in se ipsis, & extra causas præcise sumptæ, etiam durationis aliter: si durationis alicuius certe durationis, in qua erunt, non autem in qua non erunt, ne species ad errorem, & falsam cognitionem determinantes Angelicæ nature debeat, & congenitas ac subinde illam de se, ac natura sua ad errorem determinatam absurdissime admittamus. Inde vero, legitime inferunt Angelos absolute futuros, omnia, & secretis cordis non solum humana, sed Angelicæ iam à sue cognitionis initio cognoscere, quod scriptura, Patribus, & Doctoribus cunctis aduersatur: cum non solum absolutam eorum existentiam, sed tempus in quo erunt cognoscant. Si vero dicas species illas esse existentie absolute reflexarum illarum cognitionum & futurorum in seipsis præcise, & prout à tempore, in quo absolute erunt abstrahentes, absurdum idem locutes: cum enim Angeli nihil creatum ante ipsos absolute productum, & existens naturaliter sciant, ubi proximum creati alicuius existentiam naturaliter per species illas sibi congenitas, & coætas vere, & intuitu nouerint, euidenter diffusi futura duratione absolute futura cognoscant. Quod est euidenter absolute futura prænosce, ac posse absolute, & infallibiliter prædicere, est non, qua durationis posterioris particula sint futura prænosce, ac posse absolute prædicere quod neque Propheta, nisi raro prædixerunt, & fors, nec cognouerunt, cum tamen inde Patres, & Doctores omnes, non ex propria, & creata, sed ex Dei scientia, & Spiritu locutos certo colligi consensent, & constanter docuerint: ubi ergo cordis secretorum, & futurorum scientia apud Deum, & à Deo, aduersariis Catholice sententibus sequestrata?

3. Sed iis omnis ad sententiam vniuersim sumptæ substantiam veniamus, quam nec Vasquez (qui inter Angelici cordis secreta scientie actus non recenset, sed solum actus voluntatis, nequit sufficere, quin ab Angelis secretam, & priuatam vnius cum alio locutio-

nem, qui necessario reliqui omnes audiant, aboleat. Nec Arrubal, & eius sequaces, qui in secretis cordis Angelici actus scientie, ex quibus reflexa illa cognitio est, enumerant. Quod si dicant, id de actibus scientie, qui locutio non fiat, nec voluntatem loquentis supponant, intelligi debere. Dicere, eodem modo debent de actu voluntatis loquentis, & manifestandis, aliquid, alicui; quare & huius dari posse in altero Angelo immediatam cognitionem, ex eius speciebus, vnicuique Angelorum congenitis; nec tamen, nisi existente voluntate illa manifestandi operaturis ea vero voluntate, per eiusmodi cognitionem ab altero percepta non poterit, non quid ipsi manifestari à loquente velit alter ille cognoscere, & audire, ni alio sit totus distractus, & intentus: quare ea voluntate, stabit Angelica locutio, quin reflexa illa cognitio intercedat. Ad hæc directarum cognitionum obiecti locutione Angelica manifestandi species, expectare vndeque productas, vel congenitas Angelos voluntatem liberam loquentis, ut, cum huius, cum cognitionum illarum directarum cognitionem in audientis Angeli mente producant eodem modo dici potest: quare, & abique ea reflexa cognitione, constitui Angelicam locutionem, ut Thomista doceat, à quibus Doctores isti vultu recedere. Tertio: nullum est cordis Angelici secretum, quod aliis omnibus non innotescat, ac solum illud concipiens, & habens sciat. Etenim cognitio ista reflexa, cuiuscunque affectus (verbi gratia, amoris erga alterum Angelum, quem quibus Angelus habet) naturaliter, & necessario ab eo elicitur, ita ut ubi primum à quouis, Angelo affectus voluntatis concipitur illico naturaliter, atque indeliberato ab illo cognoscatur: atque ea reflexa cognitio supra affectus suos ab Angelo habita est aliis signum naturale, & naturaliter nuntius sui obiecti, sue affectus, ab ipso cogniti, & eius cognitione reliqui Angeli naturaliter, & necessario in obiecti, seu affectus illius cognitionem deueniant: ergo omnis affectus cordis Angelici, non solum illum habenti Angelo, sed reliquis omnibus erit naturaliter, & necessario notus, ac subinde nullum est cordis voluntatis Angelicæ secretum.

4. Minor probatur, voluntas seu affectus liber Angelis de manifestando obiecto quouis, & affectu ipso non aliter, nec per aliud signum naturale manifestatur, & innotescit naturaliter Angelis aliis, quibus loqui, manifestareque illum vult, quam per reflexam cognitionem, ut signum naturale obiecti, & voluntatis, seu affectus illius. Atque eodem modo se habet cognitio cuiusvis affectus in quouis Angelo existens respectu intellectus alieni, cuiusque alterius Angeli, ergo æque, & eodem modo in eius cognitione, ut naturali signo, ab Angelis aliis cognoscetur: quare nullus Angelus affectum illum poterit concipere, quin illum reliquis naturaliter propalet, ac loquatur. Præclust probatio hac minoris euasione aduersariorum: quod scilicet reliqui affectus Angelici non sint affectus, & voluntates manifestandi, aliis Angelis se ipsos, aut quoduis, aliud obiectum, quod cognoscant. Probat enim ratio expressam hanc voluntatem manifestandi aliis affectus, & secreta cordis Angelici, minime in hac opinione requiri; siquidem non aliter, hic, & affectus reliqui, quam per reflexam vnius cuiusque cognitionem, tanquam per naturale signum manifestantur. Quod si dicas reflexam illam cognitionem voluntatis, & affectus liberi manifestandi ipsam aliis Angelis, eo etiam affectu à locutione habito, libere ab eodem, atque, ex imperio libero eiusdem Angeli elici, & haberi: quare, neque eius effectus, notitiam, & idem est de notitia aliorum affectuum ab aliis Angelis, per eius reflexam cognitionem tanquam per signum naturaliter, & necessario, sed pro locutione eos affectus habentis imperio, & libera voluntate haberi: quo satis cordis Angelici secreta seruantur. Contra est, quia, ut imperium illud liberum Angelici de cognoscendo affectu, quem elicit, ab eo habeatur prænosce affectus elicitus debet: cum nullo imperio, vel affectu voluntas



quos retulimus impugnatiois patet, inde solum impugnari solide potest, quod species illas Angelis à creationis instanti congenitas doceat. Cum enim illis naturale principium cognitionis Angeli cui insunt, de secretis cordis Angelici alterius proximum, & adequatum cum eius intellectu constituitur, à sui initio & creatione quisque Angelus principium naturale proximum, & adequatum cognitionis secretorum cordis aliorum omnium Angelorum, quæ eis tota futura æternitate reliquis dicenda, & manifestanda sunt: ergo à principio creationis, eorum omnium cognitiones cuius Angeli aderunt. Siquidem à principio adequato proximo, & naturali, & debita coniunctione cum passio (quæ hic adest) statim, simulque operatio elicitur, prodique necessario, & naturaliter effectus: unde multo ante tempora, quam alij Angeli vnicuique loquantur, ac cordis secreta manifestare velint: ergo nihil postea illi Angelis loquuntur aliis, ac manifestabunt de suis secretis, quod ij ab illis non audierint, & loquentibus quidem, ij enim solum audiuntur, qui loquuntur, non qui tacent: ergo quicumque Angeli tota à parte post æternitate locuturi dicuntur, tota fere æternitate eadem anteriori antequam loquantur manifesta contradictione loquuntur. Dices præter adequatum principium actuum proximum, & passivum conditiones alias requiri ad operationem, & effectum naturaliter ab eis edendum: ut patet in approximatione, & aliis: in præsentem autem principium actuum naturale proximum, & adequatum cognitionis secretorum cordis Angelici alieni speciebus illis congenitis & infusus à Deo completum, & constitutum petere, ut conditionem, ad eorum cognitionem eliciendam absolutam existentiam actualem, ac de præsentem voluntatis Angelici loquentis de eis alteri communicandis. Contra primo: quia conditiones ad naturalem operationem agentium naturalium, non sunt pro libito cuiusque ponendæ, sed quæ experientis ipsis à Philosophia statuuntur, ac designantur: ut in agentibus, corporeis scilicet, ad passum propinquitatis: & in potentis vitalibus cognoscitivis speciebus, & habitu inhaerente, ut connaturaliter suas obeant functiones, quæ, ut diximus, omnia in Angelo, cui à principio creationis suæ infusus secretorum cordis aliorum Angelorum species sunt, adsunt, & in quibus excogitata hæc arbitraria conditio de existentia absoluta actuali, & de præsentem voluntatis manifestandi secreta sua Angeli locuturi non inveniunt. Secundo: si ita pro arbitrio, agentis seu principii actuum proximo adequato conditiones, sine quibus non operentur liceat apponere: tolle species has secretorum cordis Angelis congenitas, ac dicto in natura, & mente angelica esse principium adequatum proximum intellectus ipsorum, ut autem cognitionem cuiusque secreti operetur, eius, & voluntatis ipsum manifestandi actualem, ac de præsentem absolutam existentiam requiri: nec amplius in eo, quam in tua hæc sententia laborabis: imo tolle species omnes potentiarum cognoscitivarum, etiam sensibilibus, visus, verbi gratia, eumque fac adequatum principium proximum visionis, obiecti autem præsentiam, & opaci corporis, intermedij carentiam visus prodeat, non autem, ut obiectum species sui impressas in visum immittat, vel seipsis obiecta alia sensibilia, cum sensibus aliis actiue concurrant: quare, & illud Aristotelicum axioma à tota Philosophia receptum ex obiecto, *potentia paritur notitia* expungendum erit, patietur enim semper ex potentia sola.

8. Nec refert cognitionem angelicam secretorum cordis angelici alieni veram esse debere: quæ tamen, nisi pro tempore, quo absolute cordis secretum illud, & de præsentem adest, verum esse non potest, quare specialis ratio adest, ut absolutam, & actualem præsentiam secreti illius species Angelis congenita, tanquam conditionem expectent, ut illius, cognitionem, cum intellectu angelico operentur.

*Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus II.*

rentur: quæ in obiectis sensibilibus respectu sensuum, non adest, sed in primis evasio hæc non soluit illud, quod species istæ Angelis congenitæ superfluant, atque intellectus angelicus, sit principium proximum adequatum cognitionis secretorum cordis angelici alieni. Secundo: concursus obiecti ad efficiendam cognitionem prior actiue est ad ipsam entitativè sumptam, ad eius autem veritatem ipsius productionem, non præcedit, sed est terminus purus, & extremum relationis confirmatis cognitionis cum obiecto, quæ, uti relationes reliquæ, sine terminis, & extremis, inter quæ versantur, pro eo statu, in quo termini sunt, esse non possunt. Unde, etsi ad cognitionis veritatem de absoluta obiecti existentia actuali huius actualis existentia, absoluta, non actiue, sed terminativè, etsi velis, ut conditio solum requisita sit, ad cognitionis autem efficientiam, nec actiue, sed ut conditionem requiri incepte dicitur, cum respectu effectivis intellectivis terminus esse nequeat, etsi terminus sit respectu veritatis cognitionis eiusdem. Confirmatur: quia ideo species actiue & principia actiua, neque ut conditiones solum, ad intellectionem præcedunt, quia ex parte obiecti eiuque loco, ut obiecti vicariæ, & substituta ad eius cognitionem præcedunt, ubi ipsum se ipso immediate agere sui cognitionem nequit: ergo tota præcedentia obiecti ad suam cognitionis effectivam actui principij è genere suo est, non autem conditionis puræ. Quod si conditionalem solum esse posse admittas dicito species illas tuas non actiue, sed conditionaliter suæ ut meras conditiones ad obiecti cognitionem præcedere, satique in eo manere obiecto substituitur, infero rursus ubi obiectum ad sui cognitionem immediate potest concurrere, ad nonnullas sensationes aliquorum sensuum verius putamus controu. de anima nulla alia expectata conditio præter communiter assignatas ex parte actus primi naturaliter, & necessario produci obiecti sensationem: ergo, posita specie illius actiuitatis substituta, & vicaria virtute, obiecti cognitio naturaliter, & necessario efficietur, nulla alia conditio præter communiter assignatas expectata, adhuc obiecti existentia, quæ ad veritatem cognitionis elicita necessaria est. Unde sit rursus veritatem cognitionis angelicæ de secreto cordis alieni necessariam non esse, nedum, ei cognitioni identificaram, ut opus erat, ad hoc, ut apparetur de dependentia specierum, tanquam à conditio, & termino præsupposito, ab actuali absoluta existentia de præsentem secreti cordis alieni, ad eius cognitionem eliciendam evasio teneat. Etenim veritas eius cognitionis angelicæ essentialis ipso non est, imo, nec eius entitatem necessario consequens: neque enim maior illi necessitas veritatis esse potest, quam quæ, ex intuitiva obiecti apprehensione potest oriri: hæc autem esse potest de obiecto non existente speciebus immixtis, vel ex naturali causarum confluxu, ut in visione colorum iridis, vel Deo pro suo arbitrio, & potestate producente species obiecti, quod non adest: ergo expectandum non est, ut terminus, & conditio præsupposita absoluta existentia de præsentem secreti cordis alieni, ut eius cognitio ab speciebus eius impressis principium adequatum proximum complenti seu producat: etsi expectandum sit ut vere cognoscatur. Id, quod in re præsentem facilius intelligitur, cum Deus iuri naturali manifestandi secreta cordis, quæ loquens Angelus velit, suæ, quæ habet, suæ, quæ non habet, sed habere simulat annuens, species producat, ac subinde, ex eius locutione decipi Angelus, cui loquitur, ac falso de eis secretis iudicare queat.

9. Denique illæ species de cordis alieni secretis Angelis congenitæ, atque ab initio creationis infusæ à Deo sunt, non expectata, & præiusta à Deo pro naturæ priori voluntate, Angeli cuiusque, ea alteri manifestandi, vel non nisi expectata, & pro naturæ priori præiusta: ne vtro modo ab initio creationis infundi à Deo potuerunt: ergo secretorum cordis species Angelis congenitæ, atque à creationis initio infusæ à Deo non sunt. Minor probatur.

tur; quia cordis secreta antea natura ad voluntatem; Angeli, cuius secreta sunt, ea alteri manifestandi, non sunt obiecta naturaliter intelligibilia, & proportionata cognitioni Angeli alterius, ut supra ostendimus, atque ex ipsa natura & intelligentia secretorum cordis evidens est: ergo species impressae ad eorum cognitionem Angelis aliis naturaliter non debentur; quare nec à Deo infunduntur: siquidem eorum solum obiectorum, quae naturaliter ab ipsis cognoscibilia, & naturaliter ipsis iuri & cognitioni proportionata sunt debentur Angelis, atque à Deo infunduntur per scholasticos omnes. Probatur: quia pro priori natura ad voluntatem absolutam secreta reuelandi solum possunt infundi à Deo ex scientia possibilitatis, ut aliis reuelentur ab Angelis, ea secreta habituris, imo, & possibilitatis ipsorum secretorum; atque ex ea scientia, vel nullius secreti ab Angelo aliis voluntate propria manifestandi, imo habendi, vel omnium secretorum, quae haberi, manifestarique aliis possunt species naturaliter debita, & infusa Angelis ab initio creationis, & congenita erunt admittenda, cum non sit aliquid, quam aliorum ratio maior: omnium autem secretorum cordis manifestari possibilitatem species cunctis Angelis congenitas, & à creationis initio omnibus, & singulis Angelis à Deo infusas admittente irrationabile prolixum est; atque infinitis speciebus superfluis, nunquam, nusquamque ex visu futuris Angelum quemque ex rei natura (quae superflua omnia odit, & abhorret) inutiliter onerare, ac insuper cognitionibus solis secretorum omnium quae non erunt necessario, & naturaliter cauendis ab speciebus illis, ut dixi, quare nullius secreti cordis angelici species Angelis aliis congenitas atque ab initio creationis à Deo infusas fuisse dicendum est. Quod si dicas ex praescientia absoluta voluntatis Angeli de manifestando alij, vel aliis sui cordis secreta reliquis species infundi: à creationis initio illis infusa, & congenita esse non possunt, cum nonnisi pro duratione, qua voluntas manifestandi absolute erit, absolute in se sit, atque esse cognoscatur, neque sua existentia absoluta pro tunc exigere, possit specierum secreti illius cordis productionem pro tempore anteriore: sicut neque villa alia causa, aut rei cuiusvis create exigentia physica absoluta effectus, aut alterius, cuiuslibet est pro tempore ad absolutam suam existentiam anteriore: alioqui ex futura absolute existentia, & exigentia physica absoluta causarum, nondum tamen absolute existentium, posset Deus concurrere, & reliqua, quae physice exigunt, praestare, cum adhuc absolute non sunt. Rursus eodem modo dicere poteris, cognitionem secreti cordis Angelici, cuius manifestandi aliquando futura voluntas est, iis quibus manifestanda est congenitam, & ab initio creationis infusam, atque id de specie impressa doces. Denique, cum non existente absolute, absoluta voluntate Angeli de manifestatione secreti cordis Angelis aliis, intra secreti naturalis ius illud maneat occultum, & oblatum, atque posterius tempore futura voluntas illud manifestandi absolute non sit tempore anteriori, sed potius absolute eius voluntatis negatio, ius illud secreti illius toto anteriori illo tempore absolute existeret, & improprio obiectiva naturalis secreti pro eo tempore; cum his autem repugnat, ius naturale, & exigentia naturalis absoluta specierum impressarum secreti illius pro tempore anteriori quae absoluta iuris secreti ablatione fundatur.

## CERTAMEN V.

Richardi, & Soarij atque eos sequentium sententia confutata.

1. Richardus in secunda disputatione nona, articulo secundo, quaestione prima, docet: Angelum, qui loqui vult, ex radio, & in radio quam substantiali, & ad Angelum, cui vult loqui, libere protenso, educere speciem secreti cordis sui, & cognitionis voluntatis illa manifestandi Angelo alteri: qui specie, vel instrumento sibi praesente, coniuncto localiter, non vero in hac viens speciem aliam impressam suo intellectui inhaerentem producit, qua, & secreti, & iudicii, & voluntatis, ea manifestandi Angeli loquentis notitiam eliciat: quo fit, ut is solum reliquis non audientibus, ad quos locutio non habetur, audiat loquentem. Hac tamen Richardi doctrina de radio Angeli loquentis, ad eum, vel eos, quibus loquitur, pro ipsius arbitrio emisso, ac protenso, somnium potius, quam opinio est, ut ait Vasquez cap. 5. num. 30. scilicet spirituales substantiam, à quouis Angelo, pro eius arbitrio prodigi, ac derivari, dum loquitur, etenim nec completa substantia, nec incompleta esse potest, quia ab Angelo propria creatio proveniat, quod omnium sententia repugnat. Nam si completa substantia sit ex nullo praesupposito subiecto produceretur, ut patet. Si autem incompleta cum nulla alia praeter Angelos loquentem, & audientem substantiam, siue corporea, siue spiritalis, ad eorum locutionem interiacens debeat praesupponi, oportebit subiectum aliquod cum incompleta illa radij substantia, cui inhaereat, & cum quo substantiam completam componat ab Angelo creati, vel ad eius autem adeo, quod aequale sit paradoxum, & absurdum. Si autem dicas, ut hac vires, radium illum non quidem substantiam, sed accedens esse cum extra loquentis Angeli substantiam esse dicatur, nequeque, vires accedens, extra substantiam, & subiectum omne esse, subiectum, & substantia illa, cui radius ille accidentaliter infideat, vel ab Angelo, vel ad eius nutum à Deo creanda erit, quoties Angelus loquatur, ut nuper intulimus, quod si velis radium illum, (in quocumque sit) intra Angelum loquentem manere in primis à Richardi doctrina recedis. Secundo in plura absurda, quae ad manum, cuique, & obuia erunt, & subinde nunc reticenda incurres, siue accedens, siue substantiam radium illum esse dicas. Ac deum superfluum illum pones: cum secretorum suorum cognatio, id ipsum, quod radius, ille, eiusque species impressae possint Angelo auditore inferre. Nec plura de somniata ista Richardi doctrina.

2. Recentiores ignominati à nostro Vasquez capite quarto, inquit, sententiam Richardi fictio illo radio reiecto, secuti fere sunt. Consensum enim Angelorum locutionem stare in effectione, & impressione activa physica specierum secreti cordis, seu obiecti, & iudicii, quod de illo loquens Angelus habet, ac voluntatis illa manifestandi ab hoc in audientem provenientium, pro eius, scilicet, libera voluntate praefata, quibus, & eius, audientem Angelus excitetur ad audiendum, & eorum audientem Angelus excitetur ad audiendum, & eorum notitiam, qua audiat formaliter in se ipso elicit. At vero actuum hanc virtutem imprimendi eorum species Angelis aliis, actibus ipsis iudicii, & secretis certis Angelis loquentis hi Doctores tribuunt, subdistant vero in operando imperio libere voluntatis ipsam, eos actus manifestandi, quibus relinquitur. Ignominati